

sancti Marci⁴⁷ evangeliste^z in Aquilegia⁴⁸ fidem predicantis adhuc vivente sancto Petro apostolo in Christum credidit, quod patet ex illo quia veneratur^a sanctum Hermachoram^b et Fortunatum, discipulos sancti Marci, et sanctos Cantum, Cantianum (143r) et Cantionillam⁴⁹, qui cum pedagogo eorum et multis aliis in Aquilegia martirio coronati sunt, ut dicit sanctus Ieronimus in martirologio⁵⁰. Et habet capitalem civitatem antiquam nomine Iulianam⁵¹ a Iulio Cesare, quia eam statuit veniens de Foro Iulii⁵² et taliter nuncupavit. Que^c modo corrupte in lingua zlavonica Lublana – id est Iuliana – et a Theutunicis Laibach dicitur. Vel Carniola potest dici quasi carnum olla plena, quia abundat in gregibus et pascuis sicut terra Yessen⁵³ in Egipton, in qua habitaverunt filii Israel. Dixerunt siquidem Pharoni filii, „*viri pastores sumus*“⁵⁴. Idcirco dedit eis terram Yessen, de qua postea dixerunt: „*Revertamur in Egiptum, ubi sedebamus super ollas carnum et comedebamus in saturitate*“⁵⁵. Sic Theutunici venientes ad Carniolam raro vel numquam ad proprias revertuntur terras. Sedent namque ibi super ollas carnum. Unde de dictis pastoribus nati sunt postea reges, David scilicet et Salomon et dominus Ihesus. Eorum namque divicie ac thezauri tantum in gregibus erant, quia gregum iusta possessio est.

„Utinam parceretis, viri scientifici et fratres dilecti, sermonibus meis stultis, quoniam^d et sapientes delectantur audire stultorum verba fatua. Posset denique unus de fratribus principibus talibus colloquiis intima perungere cordis fratris secundi: O unica omnium viventium mortalium letitia et spes cordis mei, fratercule amantissime! Recordemur, quia caro et sanguis ydemptitate sumus

z) *kor.* aus erua(ngelis)te a) *kor.* aus veneratum b) *kor.* aus Hermacharam
c) *Hs.* qui d) *kor.* aus quorum

47) Der Evangelist Markus soll im Auftrag Petri in Aquileia gepredigt haben und den Heiligen Hermagoras als ersten Bischof dort eingesetzt haben. Vgl. Ekkart SAUSER, Art. Hermagoras und Fortunatus, bl. Märtyrer der Kirche von Singidunum (Belgrad, gest. um 304), in: Biographisch-bibliographisches Kirchenlexikon 21 (2003) Sp. 650; Rudolf EGGER, Der heilige Hermagoras, in: Carinthia I 134/135 (1947) (Teil 1) S. 16–55 bzw. 136/138 (1948) (Teil 2) S. 208–245.

48) Aquileia.

49) Der Heilige Hermagoras, der Legende nach der erste Bischof von Aquileia, sowie die Heiligen Cantius, Cantianus und Cantionilla.

50) Das Martyrologium Hieronymianum, das fälschlicherweise dem Kirchenvater Hieronymus zugeschrieben wurde. Vgl. Martyrologium Hieronymianum, hg. von Giovanni Battista DE ROSSI / Louis DUCHESNE (Acta Sanctorum, Novembris 2,1, 1894); Hippolyte DELEHAYE, Commentarius perpetuus in Martyrologium Hieronymianum ad recensionem Henrici Quentin O. S. B. (Acta Sanctorum, Novembris 2,2, 1931).

51) Laibach/Ljubljana. Eine gelehrte Konstruktion; die untergegangene Vorgängersiedlung hieß Colonia Emona Iulia tribu Claudia.

52) Cividale del Friuli.

53) Das Land Gosen/Gessen. Vgl. Iosue 11, 16; Gen. 46, 32 ff.; 47, 1 ff.

54) Gen. 46, 34. Gemeint sind filii Israel.

55) Exod. 16, 3.